



Quum Vir Praenobilissimvs Atqve Doctissimvs, Dn. Ioannes Ioachimvs Eggebrecht, Rostochiensis, Theologiae Strenvvs Cvltor ... Quumque iisdem IV. Non. Nouembris Anni praesentis MDCCXXX. In solemnii Magistorvm renunciatione exornaretur hac Eidem epistola Summam, qua memoriam Eius adseruant, voluntatem testari voluerunt, ac comprobare Amici Qvidam Intvs Scripti

Rostochii: Typis Io. Iac. Adleri, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1747173827>

Druck Freier  Zugang







Bibl.
Schol. Cathedr.
Jur. Tron.

1836.

Mk-7775^a
~~Mk-7774~~





Fasciculus
Actorum Jubilaei,
ab
Exhibita in Comitibus Imperij
Augustanae Confessionis,
in
Academia Rostochiensi
celebrati,
Secundi.
a. 1730.

Academiae
Reipublicae
Hugonis
Academiae
celebratae
1750



Handwritten text from the adjacent page, partially visible on the right edge of the image. The text is in a Gothic script and appears to be a continuation of a letter or document.

R9

Quum
VIR PRAENOBILISSIMVS ATQVE
DOCTISSIMVS
DOMINVS,
DN. IOANNES
IOACHIMVS
EGGEBRECHT,

ROSTOCHIENSIS,
THEOLOGIAE STRENVVS CVLTOR, DIGNVS
QVE PHILOSOPHIAE CANDIDATVS,
Ad huius quidem supremos honores adspiraret;

Quumque iisdem
IV. Non. Nouembris Anni praesentis MDCCXXX,

In solemnibus
MAGISTRORVM
renunciatione

exornaretur
hac EIDEM epistola
Summam, qua memoriam Eius
adferunt, voluntatem
testari voluerunt, ac comprobare
AMICI QUIDAM INTVS SCRIPTI.

ROSTOCHII,
Typis IO. IAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.
Typographi.

88.



VIR PRAECELLENTISSIME, ATQVE
DOCTISSIME,

FAVOR ATQVE AMICE LECTISSIME!



Effluxit ultra dimidium anni, ex quo a nostro diuulsus latere, ad Saxonum TE contulisti Academias. Aegre admodum TVVM pertulimus abitum, aegrius tamen laturi, nisi litteris nostrum TE consolari velle desiderium promississes. Quas quidem dum expectavimus, non arbitrabamur, fore, vt nostrae ad TE prius, quam Tuae ad nos, litterae exirent. Sed vero vt silentium TVVM, longius id quidem, in meliorem interpretari partem malimus, quam incertis suspicionibus TVVM in nos adfectum grauare; ita, postquam ad aures nostras peruenit, in hac ipsa, in qua nos vitam degimus, academia summis philosophiae honoribus nomen TVVM iri-adauctum, facere non possumus, quin hancce Tibi felicitatem congratulemur, nostramque, qua TE prosequimur, publice testemur voluntatem. Carmina scripturi fuisset praesenti; iam, quum locorum distantis a nobis

a nobis sis seiunctus, vt per epistolam quamdam nostrum TIBI significemus tripudium, fatius esse iudicamus. Maximopere enim vero gaudemus, non quasi ex gratia in magistrorum TE, si ita dicere fas est, irrepere regnum, sed recipi ex merito. Sicubi alias, hic quam plurima offendas praeiudicia, quibus occupati plerique hunc, vel illum, summis saepe honoribus dignum iudicant, qui ex vero ne infimum quidem sustinere valet. BOETHIO iudice, *qui falso praedicantur, suis ipsi, necesse est, laudibus erubescant.* De Consol. Phil. Libr. III. Prof. VI. Quam hinc conduceret, vt multi, temero nisu ad honorum culmina aduolantes, ad petitiones suas reprimerent, ne honores adpetendo, quidquid demum honoris sibi supersit, in discrimen adducerent! Enormiter hic hominum exorbitant, iudicia dicam? an praeiudicia? Diu in academia est versatus. Ergo lauream promeret. Vno plures inuisit musarum sedes. Ergo iustus graduum, quos academiae dispensant, est Candidatus. Diuitiis pollet, spectatis satus parentibus. Ergo insignia illi doctoris debentur. Externa corporis commendatur specie. Ergo honoribus exornandus est. Quasi vero magis respiciendum sit, quod quis in Academia vixerit, quam quomodo? Quasi vero sufficeret, plures inuisisse academias, profecisse in nulla. Quasi vero virtutis praemia commutanda sint nummorum pretiis, suaque prouerbio non amplius constet veritas, heroum filios saepe esse mopsos. Quasi denique in nudis externis haerendum, vt externae speciei externa concilianda videatur species. Taedet plura addere conclusionum portenta. Et his tamen suis iudiciis nimium quantum, proh! ducuntur homines. Non male quidam, quum faces honorum candidatis praeferrere videret, id eum in finem fieri censuit, vt adpareat, plerosque coecos esse, lucisque indigos. Verum, qualis esse debeat, qui honores ambire cum honore velit, TVO hodie claret exemplo, AMICE IUCUNDISSIME! CICERO magnus ille Romanorum Orator & Philosophus *Officiorum libr. II. Quid est enim, interrogat, per DEOS optabilis sapientia? quid praestantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expetunt, philosophi nominantur, nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae.* Quam optabile igitur, quam praestans, quam dignum denique sapientiae nomen est, tam etiam manifestum est, certumque, qui philosophorum nomen sibi expetunt, sapientiam quoque ipsam expetere debere. Hinc ne id quidem sufficit, in studiis feliciter esse versatum; sed vt per studia ad sapientiae eatur studium, requiritur. Nec igitur a scientia seiungatur sapientia; nec sapientia vicissim careat scientia. TVI vero eo subinde collinearunt conatus, AMICE HONORATISSIME! vt, solida rerum scientia parta, ad veram contenderes sapientiam. Quare, quum hac ratione philosophus existas, quis abnueret, sollemnius nomen expetenti TIBI merito iure attribuendum? Diuina prorsus, eaque non vna providentia DEI in TE contulit dona. Memoria Tibi obtigit felicissima. Qui enim tot vocabulorum copias colligere, tot linguas Tibi familiares reddere, qui tot rerum denique concipere potuisses ideas, nisi valeres memoria? Ingenium na-
 ctus

Etus es florentissimum, vt arua TVA non ex aliorum demum fontibus irrigari debeant, sed sua ipsorum humescant pinguedine. Iudicandi porro facultas quanta non est, quam DEVS TIBI concessit? Abstrusiora TIBI inspiciuntur facile. Sublimiora nullo petis negotio. Intricatissima, suaque perplexitate horribilia mirum est, quanta dexteritate explices, quanta soluas solertia. Atque his munitus praesidiis in scientiarum campis versatus es usquequaque. Dubium est, in quo studiorum genere excellas, siquidem excellis vbique. Nil auribus tuis damus, nil aliorum fallere credulitatem adnitimur. Quam his ipsis auribus nostris, at quoties? vsurpauimus; quae tot nobis inclaruit documentis, quam toties admirati sumus, eam quidem eruditionem TVAM, non laudamus, sed adlegamus, non oratorum stilo magnificamus, sed candore, amicis proprio, exponimus. Neque his tamen praeclaris dotibus, quod magis mirandum, abusus es ad vanitatis aucupium. Eo nimirum omnia TVA consilia redeunt, eo omnia studia conspirant, coeuntque, vt, quae a DEO accepisti dona, pia adplicatione illi acceptum referas. De PETRO ABAELARDO Abbas ille Clareuallensis, BERNHARDVS, nihil nescit omnium scribit, quae in coelo, & quae in terra sunt, praeter se ipsum. Epist. 193. At TVA praecipue eo spectat cognitio, ne TE ipsum ignores, immo, vt Te ipsum abneges, vt Iesus tandem crucifixus, sicuti BernharDO, tua etiam existat Philosophia, id est, vt in eius honorem omnem Tuam vltimo conferas scientiam, in eoque sapere recte condiscas. His igitur ita se habentibus, nulli dubitamus, publicos, quibus hodie ornaris, honores in publicas TE relaturum vtilitates, publicaue impensurum commoda,


Capesse igitur honores, Tibi debitos VIR PRAECELLENTISSIME! iisque ita fruere, vt magistrum TE esse sentias. Faxit DEVS, vt per hosce gradus ad maiores, immo ad summos, contendere TIBI detur! sed faxit etiam DEVS, vt cursum itineris TVI feliciter emensus talis ad nos redeas, qualem TE dimisimus, hoc est, & animo incolumis, & corpore. Ceterum TVARVM merito putabis partium, vt, quem admodum nos amorem nostrum erga TE hisce comprobandum iudicauimus litteris, TV veterem TVAM ita nobis conserues amicitiam, atque eandem perpetuam esse iubeas. Vale! & faue


*Amicis, sincero Tibi pectoris desiderio
addictissimis*


Scribebamus Rostochii,
IV. Non. Nouembris
MDCCXXX.

I. C. S. C. C. E. E. D. C.









Etus es florentissimum, vt arua TVA non ex aliorum demum fon-
 tibus irrigari debeant, sed sua ipsorum humescant pinguedine. Iudi-
 candi porro facultas quanta non est, quam DEVS TIBI concessit?
 Abstrusiora TIBI inspiciuntur facile. Sublimiora nullo petis negotio.
 Intricatissima, suaque perplexitate horribilia mirum est, quanta dex-
 teritate explices, quanta soluas solertia. Atque his munitus praefi-
 diis in scientiarum campis versatus es usquequaque. Dubium est, in
 quo studiorum genere excellas, siquidem excellis vbique. Nil au-
 ribus tuis damus, nil aliorum fallere credulitatem adnitimur. Quam
 his ipsis auribus nostris, at quoties? vsurpauimus; quae tot nobis
 inclaruit documentis, quam toties admirati sumus, eam quidem
 eruditionem TVAM, non laudamus, sed adlegamus, non oratorum
 stilo magnificamus, sed candore, amicis proprio, exponimus. Ne-
 que his tamen praeclaris dotibus, quod magis mirandum, abusus es
 ad vanitatis aucupium. Eo nimirum omnia TVA consilia redeunt,
 eo omnia studia conspirant, coeuntque, vt, quae a DEO accepisti dona,
 pia adplicatione illi acceptum referas. De PETRO ABAELARDO
 Abbas ille Clareuallensis, BERNHARDVS, *nihil nescit omnium* scribit, *quae*
in coelo, & quae in terra sunt, praeter se ipsum. Epist. 193. At TVA
 praecipue eo spectat cognitio, ne TE ipsum ignores, immo, vt Te ipsum
 abneges, vt Iesus tandem crucifixus, sicuti Bernhardo, tua etiam exi-
 stat Philosophia, id est, vt in eius honorem omnem Tuam vltimo
 conferas scientiam, in eoque sapere recte condiscas. His igitur ita se
 habentibus, nulli dubitamus, publicos, quibus hodie ornaris, ho-
 nores in publicas TE relaturum vtilitates, publicaue impensurum
 commoda,

Capeffe igitur honores, Tibi debitos VIR PRAECELLENTISSIME!
 iisque ita frueri, vt magistrum TE esse sentias. Faxit DEVS, vt per
 hosce gradus ad maiores, immo ad summos, contendere TIBI detur!
 sed faxit etiam DEVS, vt cursum itineris TVI feliciter emensus talis
 ad nos redeas, qualem TE dimisimus, hoc est, & animo incolumis,
 & corpore. Ceterum TVARVM merito putabis partium, vt, quem
 admodum nos amorem nostrum erga TE hisce comprobandum iudi-
 cauimus litteris, TV veterem TVAM ita nobis conserues amicitia-
 m, atque eandem perpetuam esse iubeas. Vale! & faue

*Amicis, sincero Tibi pectoris desiderio
 addictissimis*

Scribebamus Rostochii,
 IV. Non. Nouembris
 MDCCXXX.

I. C. S. C. C. E. E. D. C.

